Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster





Omnes autem uno animo contradixerunt et remiserunt nun- vii
cios uacuos ac sine honore abiecerunt. Tunc indignatus est
rex ad omnem terram illam et iurauit per regnum et thronum suum
quod defenderet se de omnibus hiis. Anno igitur ter- viij
tiodecimo nabuchodonosor regis vicesima et secunda die men
sis primi factum est uerbum in domo regis assyriorum ut defen
deret se. Vocauitque omnes maiores natu omnesque duces et bel
latores suos et habuit cum eis consilium mysterii sui. In kalendis
octobris ad uesperas. Exaudiat dominus ad mas. Adap- i
iat dominus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem concedat uobis
salutem et redimat uos a malis. Ad ms. Exaudiat dominus orationes vestras ij
et reconcilietur uobis nec uos deserat in tempore malo. Ad ms. Ornauerunt iij
faciem templi coronis aureis et dedicauerunt altare domino et facta est leticia
magna in populo. Ad ms. Tu domine uniuersorum qui nullam habes indigentiam iiij
uoluisti templum tuum fieri in nobis conserua domum istam immaculatam in eternam

Incipit liber machabeorum primus.

Et factum est postquam percussit alexander i
philippi rex macedo qui primus regnauit
in grecia egressus de terra cethim dari
um regem persarum atque medorum consti
tuit prelia multa. R. Adaperiat dominus
cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat
pacem in diebus vestris concedat uobis salutem
Et redimat uos a malis. V. Exaudiat dominus orationes uestras et recon
cilietur uobis nec uos deserat in tempore malo. Et. Et omnium ij
obtinuit munitiones et interfecit reges terre et pertransiit us
que ad fines terre et accepit spolia multitudinis gentium